

Johann Quistorp

**Decanus D. Joh. Quistorpius, Fac. Theol. Sen. Past. S. Dom. suo ... Ad Exequias
Quas B. D. Johanni Friderico König/ Profess. Primario, Ducalis Consist.
Assessori ... paratas cupit Vidua Iachrymabilis. Omnes Pios ... invitat Ad diem
XXVII. Sept.**

Rostochii: Kilius, 1664

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771913605>

Druck Freier  Zugang



Quistorp, J.,

in J. F. König.

R. 1664.



5.

DECANUS
D. JOH. QVISTORPIUS,

Fac. Θεολ. Sen. Past. S. Dom. suo, & R. Collegii
Theologici nomine,

Ad Exequias

Qvas

**B. D. JOHANNI FRI-
DERICO RÖNIG!**

Profess. Primario, Ducalis Consist. Asses-
fori, & Superintendenti Mecklenb. ac Ratze-
burgico amplissimo.

paratas cupit

Vidua lachrymabilis.

Omnes Pios, eruditos ac bonos,

invitat

Ad diem XXVII. Sept.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LXIV.





DECANUS, & R. Collegium Theologorum, Academiæ Rostochiensis.



Odiè justa, in Christo dilectissimi Studiosi Theologiæ, persolvem⁹, & ad conditorum suum prosequemur Beatum Dn. D. JOHANNEM FRL DERICUM König Profess. Primarium, Consistorii Assessorēm, ac Superintendentem Mecklenburgico-Ratzeburgicum, Virum dum vivebat sic satis sollicitum se salute hujus seminarii Ecclesiæ; ejus Clepsydra effluxit, qvia numerus mensium ejus, apud Vitæ mortisq; Arbitrum, erat computatus. Cujus, apud me, dum ex hac vitâ emigrationem considero, dubius sum, gratulemurne ipsi abitum, an lachrymis prosequi eundem debeamus. Cum id considero, in Theologi hujus funere Scholam nostram illustrem, Professore celeberrimo; Provinciale Ecclesiām

siam, Episcopo regulari; Viduam juvenem, Marito
suavissimo; Filiolas, Patre venerando; Facultatem
Theologicam, Collegâ eximio, privatam esse, non
possum non ingemiscere, nec quenquam esse puto,
qui non arbitretur, tantam in unius hujus morte fa-
ctam jacturam, uberrimis suspiriis prosequendam esse.
Ast dum ad tempora, in quæ nos DEUS reservavit, mi-
serrima & calamitosissima, ex quibus & quantis ille
periculis, quæ nobis impendere omnibus videntur,
ereptus est, respicio; non possum non beatum illum
prædicare, qui vitam cum morte, vel ut rectius lo-
quar, qui mortem cum vita, lachrymas cum gaudiis,
turbas cum quiete, miseriam cum felicitate jam com-
mutavit. Ut mittam difficultates hujus vitæ alias:
Unicum *Superintendentis* munus ipsi demandatum, est
his ultimis depravatis temporibus, onus vix ferendum
amplius. Iis enim præprimis dictum Lev. XIX. San-
cti estote, quia ego sanctus sum. Cum sint isti velut
Cœli, elevati à terrâ per contemplationem, ampli per
charitatem, semper sereni per animi tranquillitatem,
tonantes per tempestivam reprehensionem, fulgu-
rantes per virtutum vividam lucem, juxta Chrysostomum de Sacerdotio. Isidorus Pelusiota lib. 2. Epist. 2.
scribit, *Episcopus debet esse Christi alumnus, à peccatis se-
gregatus, rector non raptor, speculator non spicator,
dispensator non dissipator, pius in iudicio, justus in consilio,
stabilis*

stabilis in Ecclesia, sobrius in mensa, prudens in latitiae, assiduus in Oratione, patiens in adversitate, lenis in prosperitate: Dives in virtutibus, expeditus in actibus, sapiens in sermone, verax in praedicatione. Caveant E. sibi, ne sint velut nubes ascendentes, aquarum humoribus exhaustae & steriles, quae generant falm in alto ventos ac in mari tempestates, quos Judas Apostolus vocat *nubes sine aquâ*, quae à vento circumferuntur. Sicut umbra columnæ columnam imitatur, si recta & umbra talis; si curva & ipsa curva, ita laici Prælatos imitantur suos, & eorum exempla sequuntur; quare peccante populo Israëlitico, Moses Episcopum ipsorum Aaronom reprehendit, dicens: *Quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum?* Exod. XXXII. Populus peccavit, sed Superattendens arguitur, inquit, eum culpa omnis conjicitur. Hujus ad exemplum, qui tenet Stellas in dextra sua, qui ambulat inter septem candelabra aurea, peccata Ecclesiarum & imputat earum Angelis, apud Johannem Theologum, in initio Apocalypseos. Hoc onus cum Episcopali officio coniunctum, quisquis in timore Domini penitus consideraverit, se Servum servorum factum esse cum Gregorio M. ejulabit, & miserrimam vitam per omnia ducet. Ambrosius & Martinus ideo mortem ipsam Episcopali functioni præferebant, & difficulter Charactrem Sacerdotalem imprimi sibi passi sunt. Verum hoc

onere

onere jam tandem levavit ArchiEpiscopus animarum nostrarum Jesus C. Collegam nostrum B. D. König/ Superintendentem Mecklenb. ac Ratzeburgicum, cuius Mors hæc omnia solvit.

Non quidem sum nescius, vitæ ejus qvæ fuit confortem & liberos, viduitatem & orbitatem suam, in qvam hujus Viri morre conjecti sunt, lugere. Et dum considerant qvæ Viduarum ac Orphanorum Sacerdotalium sors est, cui se obnoxios factos vident, in summo versariluctu: nec ita sum inhumanus, qvi ab iisdem Astorgiam exigam: Tamen ut & mihi & omnibus bonis eorum perspecta & cognita est pietas, dolorem moderabuntur, perpendentes, tūm non sine misericordis DEI voluntate se Marito & Patre orbatas, tūm, se ab Eo qvi Viduarum & Orphanorum Pater est, minimè relictum iri; tūm huic qvem in delitiis habuerunt, melius esse, qvam ipsi votis ullis optare possint. Gratissimo id agnoscant animo, qvod tantisper DEI indultru hoc usi sint Marito ac Patre, qvi discedens celeberrimam nominis suifamam ipsis reliquit; Qvi ex honestissimis Parentibus Dresdæ An. 1619. natus, vitam docendo laudabiliter in Ecclesia Christi & Academiis egit, & Christianè transegit. Anatomiam corporis hujus naturalis, & qvæ ejus exordia hunc in mundum fuerint, me rectius noster p. t. Magnificus Rector, Medicinæ D. & Professor experien-

tissimus,

tissimus in suo Programmate, instituet ac exponet.
Mearum verò partium erit, spiritualem ejusdem vi-
tam levi adhuc penicillo adumbrare: Cum Orbi Chri-
stiano ipsius eruditio ac doctrina jam satis innotue-
rit. Accedit, qvod ego designatus Theol. Professor,
in itinere per Germaniæ Studiorum Universitates, An.
1648. inciderim Wittenbergæ in hunc B. Virum, qui
ibidem Philosophiæ Adjunctis ornamento erat, cuius
amicitiam ac favorem abundè expertus fui. Eum,
uti relatum legi, post meum discessum, ad rem divi-
nam faciendam, Illustrissimus Comes MAGNUS GA-
BRIEL DE LAGUARDE, Regni Swecici Cancellarius
M. constituit Episcopum Aulicæ suæ Ecclesiæ. Qvo
sacro munere perfuncto, Gryphisw. Academiæ The-
ologiæ Professor Extraordinarius declaratur, qvam
spartam usqve adeò disputando & legendo ornavit,
ut Serenissimus noster B. P. ADOLPHUS FRIDERI-
CUS, Dux Mecklenburgic⁹ &c. ex recommendatione
B. D. DORSCHÆI, Theologi incomparabilis, Colle-
gæ qvondam nostri honoratissimi, ei amplissimarum
Ecclesiarum hujus Ducatus, curam Episcopalem re-
gularem concrederit ac demandarit. Qvo studio
autem ac curâ mandato munere insigni functus fue-
rit, suæ Communionis Pastores clamitant; qui fa-
tentur, ipsum nunquam visitando Ecclesias suas,
præter morem, oneri fuisse ærario Ecclesiastico, sed

ad il-

ad illud S. Pauli I. Tim. III, 3. Oportet Episcopum alienum
esse ab Avaritia, attendisse. Quantum per valetudinem
corporis licuit, ut paucis multa complectar, tanquam
Argus *ιαννηφρυλη* vigilans fuit, ne grex intercipiatur
Satanæ insidiis. In hac nostra Academia Rostochi-
ensi, ut Theologizæ Ducalis Professor, Gene-
sin legendo absolvit. Et Disputationes aliquot ab
ipso publicè habitæ, eruditorum manibus cum prolu-
bio teruntur; undè & morte suâ, tristè desiderium,
omnibus doctis, potissimum autem nostris Theolo-
gizæ Studiosis reliquit. Verum ut sunt humana ca-
duca, ita & hic in eminentiâ constitutus Vir mortalis,
idem in se expertus est: qvi cum naturæ esset imbe-
cillioris, cum' variis sâpè morbis colluctatus est.
Tandem morbo lethali correptus, factâ reconciliati-
one cum DEO offenso & proximis, ad iter omnis car-
nis, viatico salutari corporis & sanguinis Christi, se in-
struxit. Et palam fassus est, averso se semper fuisse
animo, à *Syncretismis* Ecclesiam Christi turbantibus:
utq; ejusdem erga Religionem orthodoxam essemus
sententiaz, fraterné & per vulnera Jesu Christi abs
Collegis suis contendit. Tandem totus ad Domi-
num conversus, suam domum ac militantem Eccle-
siam ipsi commendavit: adhortationes salutares Adm.
Reverendi Dn. J. LINDEMANNI, Archi-Diaconi
Mariani disertissimi, qvi ipsi, ad ultimum usq; vitæ

hali-

habitum adfuit, qvibus ad constantiam invitabatur,
serìo ad animum admisit, donec tandem X V. die
Sept. hora X. antemeridianâ, placidè obdormiret, in-
ter astantium suspiria & lachrymas, Anno ætatis
XLV. Nos Theologiæ consecrati, de tanto hoc no-
stro Commitilone Christi, nobis in periculosisimo
præsentis Provincialis Ecclesiæ statu erepto, serìo lu-
geamus, nosq; id facere re ipsâ ostendamus. Facere
vero id putabimur, si freqventes ad Dormitorium,
exuvias corporis B. D. Rönigs Theo-
logi, comitabimur. V.

Conventus fiet in templo Dom.
hora I. d. 27. Sept. An. 1664.





GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK.




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771913605/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771913605/phys_0015)

DFG



ad illud S. Pauli I. Tim. III, 3. C
esse ab Avaritia, attendisse. Qv
corporis licuit, ut paucis multa
Argus *in antriq; Juxp@* vigilans fu
Satanæ insidiis. In hac nost
ensi, ut Theologizæ Duca
sin legendo absolvit. Et Di
ipso publicè habitæ, eruditoru
bio teruntur; undè & morte
omnibus doctis, potissimum
giz Studiosis reliquit. Veru
duca, ita & hic in eminentiâ co
idem in se expertus est: qvi cu
cillioris, cum variis sœp' n
Tandem morbo lethali corre
one cum DEO offenso & proxi
nis, viatico salutari corporis & i
struxit. Et palam fassus est, a
animo, à *Syncretismis* Ecclesiam
utq; ejusdem erga Religionem
sententiæ, fraternæ & per vu
Collegis suis contendit. Tan
num conversus, suam domuni
fiam ipsi commendavit: adhort
Reverendi Dn. J. LINDEMA
Mariani disertissimi, qvi ipsi, ac



the scale towards document

copum alienum
valetudinem
tar, tanquam
intercipiatur
nia Rostochi
tor, Gene
es aliquot ab
s cum prolu
desiderium,
tris Theolo
humana ca
Vir mortalis,
e effet imbe
luctatus est.
reconciliati
er omnis car
christi, se in
temper fuisse
urbantibus:
am essemus
Christi abs
is ad Domini
ntem Eccle
stares Adm.
chi-Diaconi
usqve vitæ

031

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. UT

hal-